# DOMINICA
## ESTO MIHI.

*Evangelium Lucæ 18. cap.*

Vide tit falta homiß od. in. et 28 fol. Vattomus

ASsumsit autem JESUS duodecim, & ait illis: Ecce, &c.

## *EXORDIUM.*

℣ 40. *ECce venio: in volumine libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam Domine, &c. Ipsum Christum de voluntariâ suâ passione ac morte loquentem introducens, & hoc posteà reipsâ testatus est. Cum enim passionis suæ tempus, quo animam suam vellet ponere pro suis ovibus instaret, assumsit 12. suos Apostolos, ascendit cum eis sponte Hierosolymam, ut illic moreretur, illisq; in viâ passionem suam, mortem ac resurrectionem, ut ex hodierno Evangelio apparet, annunciat. Nostrûm itaq; est, pro hac voluntariâ passione ac morte Christo gratias agere, quas possumus maximas, diligenterq; in hodierni Evangelij explicationem attendere.*

NARRA-